



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.4. Belli in Italia mala.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

**Cap. I. Quæ opera sint, tempore belli,**  
miscuerunt. Variæ factio[n]es, varia fœderatione  
jam cum his, jam cum illis inierunt, ut se  
tuerentur. Conradus Conradi[n]um filium,  
in sua aduersus Ecclesiam perseuerans con-  
fumacia, hæredem Neapolitani regni insti-  
tuit. Sed Innocentius illud cum exercitu re-  
cepit. Denique tametsi Icilini, Alberici am-  
bitio, aliorumque tyrannis magnorum tu-  
multuum cau[er]a fuit, tamen potissimum to-  
tius miseriæ ansam præbuerunt, qui palam  
contra Pontificem atque Ecclesiam arma-  
tulere; quæ nūquam verius dicere potuit,  
quām tunc: *Fili[m] matris mea pugnauerunt*.

**Cant. 1.6, contra me.**

**IV.** Nec verò res iudicra fuit. Per xxiii. an-  
**BELLI IN ITALIA MALA;** nos regnum instabile fuit, ac tale, quale  
corpus humanum sine capite; exercitus si-  
ne duce; greci sine pastore, in quem lupi, vr-  
si, aliæque bellua[rum] impunè grassantur. Om-  
nia suspecta, omnia factionibus plena, ut  
ferè nemo alteri fidere auderet, nesciens  
cuinā parti adiunctus adhæreret. Perfidijs,  
ac proditionibus aulæ, curiæ, resp[on]sibiliæ  
omnes replebantur: honores, & officia, spe,  
promissione, pecunijs emebantur: consilia  
nulla secreta habebantur; contributiones  
intolerabiles exigeabantur; quod si quis sibi  
decesserat

cessere argentum dicebat, in carceres rapiebatur, è quibus non exibat, donec vxor, vel cognati, vel amici, vnde, vnde, quod petebatur, corrasissent. O quo<sup>t</sup> excursiones? quo<sup>t</sup> hinc inde deprædationes? quo<sup>t</sup> populationes agrorum? quo<sup>t</sup> domorum, villarum, pagorum, arcium, atque oppidorum exustiones factæ sunt? Quo<sup>t</sup> velitationes, quo<sup>t</sup> pugnæ quo<sup>t</sup> prælia commissa? Inde quo<sup>t</sup> campi cadaueribus tecti? quo<sup>t</sup> flumina & annes sanguine purpurati? Quo<sup>t</sup> nobilissimæ familiæ spoliatae, afflictae, extinctæ? Quo<sup>t</sup> vndique exules, inopes, egeni prodierunt? Nam & cùm milites hibernare viderentur, quantæ rapinæ commissæ fuerunt? quo<sup>t</sup> domus, arces, vrbes spoliatae, quo<sup>t</sup> iumenta abacta? quo<sup>t</sup> abducti equi? greges interuersi? Capti quām miserè invinculis habiti? quām sæuis modis publicè imperfecti? Neque capti tantūm, sed obuij quique, & verè innocentes, supra omnem barbariem malè habiti; ita ut neque pueris, neque puellis, neque feminis maritatis, immo neque ipsis sacerdotibus, neque Ecclesijs parceretur. Atque hæc non per multos tantūm annos, sed per totam Italianam fuerunt; neque ipsa Roma quieta. Vna vrbs,

8 Cap. I. Quæ opera sint, tempore belli,

vna ditio, vnicum Siciliæ regnum, quoties  
jam ab hoc, jam ab illo occupabatur, pre-  
mebatur, spoliabatur? Denique omnia sus-  
que de quæ vertebantur, omnia sine ordine,  
sine consilio, sine iustitia, ex libidine, ex  
ambitione, ex furore agebantur.

V.

INANIA

ITALO.

RVM BELL

REMEDIA.

Ila. J. 7.

Tertul-  
lian. lib.  
contra  
Iudæos.

c. 3.

Quam appositi tunc dici potuit: *Terra  
vestra deserta, ciuitates vestrae succense igni:  
regionem vestram coram vobis alieni deonorant,  
& desolabitur, sicut in vastitate hostili. Et de-  
relinquetur filia Sion, ut umbraculum in vi-  
nea, & sicut tugurium in cucumerario, & si-  
cut ciuitas, qua vastatur. Ut enim, facta vi-  
demia, solet deseri & euerti umbraculum,  
seu teges, seu casa, vt legit Tertullianus, in  
qua ante vindemiam vineæ custos degebat,  
vt vuas & fructus à furibus & bestijs tutare-  
tur; ita vt, sicut ex umbraculo hoc disiecto  
nihil supereft, præter tigna & statamina,  
hinc inde proiecta; ita ex Hierosolyma, per  
Chaldaeos primùm, deinde etiam à Roma-  
nis vastata & incensa, præter ruinas, & di-  
spersos hinc inde sanctuarij lapides nihil su-  
persit antiquæ gloriæ. Immo succendetur  
ipsa, sicut lectis & ablatis vuis & fructibus  
succenduntur tuguriola custodum in cucu-  
merarijs. Quod autem Propheta tunc lu-  
dæis*